Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXXIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

tam. Cum postque ad regna pervenerunt, eorum ur-
bes que loca collapsa in eorum absencia fuerant
inter reformant, et in meliorem statum resta-
urare paraverunt.

Liber XXXIIII de Horeste
vindicante necem patris morte matris et
recuperacione Regni sui.

Horestes igitur Agamenonis filius, quem
Rex Ydomeneus susceperat nutrien-
dum ob timorem Egisti, iam adolescens et
viginti quatuor annorum erat, maior effectus,
cum Rex Ydomeneus ipsum honore milicie
decoravit in magna sollempnitate festiva. Quo
facto milite, Ydomeneum regem devote rogavit
Horestes, ut cum tempus ei congruum appareret circa
Regni sui recuperacionem et ulcionem necis in-
tendere patris sui, de militibus regni sui
sibi deberet subsidium exhibere. Qui libenter
annuens sibi mille milites valde strenuos
assignavit. Ubi militum suorum requisivit et
expectavit auxilium. Sic quod brevi tempore alios
mille milites sibi coniunxit, et cum duobus milli-
bus militum Civitatem Tracie animosus intravit.
Erat autem huius Civitatis dominus Rex Forensis,
sic suo nomine nuncupatus, qui dudum fuerat
intimus Agamenonis et multum odiosus Egisto.
Causa vero odii prius propter quia Rex Forensis
contra Egistum capitales inimicicias confove-
bat, precipue fuit illa: nam cum idem Rex Fo-
rensis quandam filiam suam cum eodem Egisto
matrimonium contraxisset, dictus Egistus ob
amorem Clitemestre, a filia regis divertit,
libello repudii sibi misso, propter quod gravamen
animose obtulit. Coniungitur Horesti cum
sua comitiva contra Egistum, ipsum admittere
qui in finibus Horestis ad destruccionem Egisti
venire cum trecentis militibus intendebat.
De quo Horestes satis regraciatur. Erat illi
tempus erat quo iam sol taurum signum intra-
verat, tunc cum prata virent, vernantque flores
in arboribus redolentes, virent rose in vi-
ridibus nibus earum, et dulcibus cantibus philo-
mene dulci modulamine circumzant,
tunc cum esset mensis ille madius, qui eorum
ductor est omnium et blandus Aliprinus
yporum. Tunc Horestes cum Rege Forensi cum
eorum exercitu accinguntur versus Treceem, ambo
feliciter discedentes, Ocenas acceleravit,
et cum eos nollet recipere Mecenates, Horestis
exercitus Civitatem ipsam durum obsidione
conclusit. Receperat enim Horestes responsum
a diis ut contra Egistum secure procederet, nam
sibi contra eum est concessa victoria, et acceptum
est diis quod de matre sua perpetrandum suis
assumat manibus ultionem. Comitissa enim
Clitemestra in Civitate ipsa erat inclu-
sa. Egistus tamen tunc non erat in ea, iverat

cum presidio ciuitatis milites coaduna-
re pugnaces, cum quibus ciuitatem ipsam sperabat
per eos posse tueri. Sed Horestes agnita ne-
cessitate per quam viam reddire posset Egistus
in comitiua suorum, ordinatis suis explora-
toribus circumquaque per passus viarum per quos
Egistus reddire poterat, multos milites con-
stipari decreuit, qui Egistum possent inter-
cipere redeuntem. Ipse vero quolibet die ciuitatem
ipsam continuis vexabat insultibus, que assi-
duis potuit male defendi, cum non fuisset
ciuitas ipsa contra insilientes munita, cum tempus
per suam defessionem multa. Quod factum est quod ci-
ues eius sustinere non valentes nocturnos in-
sultus et diurnos, quintodecimo die obsidionis
ipsorum cessauerunt omnino bellare, et ciuitas
ipsa ab Horeste extitit capta. Intrauit
igitur ciuitatem in mixta comitiua coordi-
natis militibus in portarum custodia, ne
quis ingredi uel egredi forte posset. Abiit
ad regium condam sui patris palacium, peruenit
ubi Clitemestram suam matrem inuenit,
quam statim capi mandauit et fida custo-
dia detineri, sic et omnes qui in patris
sui regis Agamenonis conspirauerant
mortem et qui ad rebellionem eius fuerunt
participes factionis. Eodem quoque die dum Egi-
stus acceleraret ad succursum suum cum quibusdam

[margin: Mater Horestis filii regis Agamenonis capitur et sub fida custodia detinetur ab Horeste filio]

suis militibus ciuitatis, incidit in manus mili-
tum Horestis, Egistum expectancium redeuntem,
qui irruentes in eum et eius socios bello com-
misso ceperunt Egistum, omnibus eius militibus
interfectis, et Egistum ad Horestem adducunt
manibus eius post tergum ligatis. Sequenti vero die
mandauit Horestes Clitemestram matrem suam
ligatis manibus nudam adduci coram se. Quam
Horestes nudato ense illico insiliit, ubera eius
ab eius pectore propriis manibus extirpauit, et ibi
multis ictibus ensium interfecit eandem. Quam inter-
fectam et nudam extra ciuitatem protinus trahi man-
dauit, et canibus et uolucribus eam statuit deuo-
randam. Propter quod tamdiu insepulta remansit do-
nec canes et uolucres corpus eius totum, excep-
tis ossibus, consumpserunt. Egistum vero nudum per to-
tam ciuitatem tractum furca suspendi manda-
uit; sic et omnes alios quos ceperat tractos per ci-
uitatem et furca suspensos necari mandauit,
quod ultra ex omnibus impiis infidelibus et proditoribus
per Horestem Micenarum ciuitate purgata
uere dici potuit. Agamenonis necem ptito
mortem ultra plene fuisse vindicatam et de Clite-
mestra propter obprobrium, quod se turpiter viro suo
necando contulit, illatam iniuriam nato suo in multis quam
Clitemestra peremit. Sunt … credi tecta que
talem contrinuit regem qualis fuit inclitus
Agamenon sub eius securitate cubantem.

[margin: Capitur Egistus a militibus Horestis et presentatur eidem]

[margin: Interfecit Horestes matrem suam manibus propriis Clitemestram]

[margin: Egistus furca suspenditur]

fecit occidi. Verum cum filium turpis adulterii affecerit iniuria contra se ipsam naturam et mores nobilium non obseruans, contra iusticiam non fuit. Verum de tot malis inciderit in tot mala quod eum patre que ignota deterioris malis affecit. Interea Menelaus, qui amissis periculis maris euasit cum Helena vxore sua Cretam applicauit, vbi de morte Agamenonis fratris sui et de vindicta per Horestem assumpta rumorem audiuit. Contra Horestem igitur Menelaus grauem concepit animum de tam dura vindicta quam exercuerat contra matrem, et ibi tam maiores quam vulgus pro maiori parte ciuitatis ipsius venerunt ut viderent Helenam, pro qua Greci tot dampna sunt passi. Demum vero ventis secundis afflantibus Menelaus cum Helena recedens a Creta et felici nauigatione potitus in portum applicat Micenarum, vbi odiosum animum monstrauit Horesti. Dicebat eum in regno non debere succedere ex eo quod contra matrem tam duram exercuit vltionem, que magis impietas dici potest quam vindicta, quia factum est quod congregatis omnibus Grecorum regibus in Athenis maiori parti eorum visum videretur Horestem Agamenonis filium regno patris indignum, qui contra matrem tanta fuit impietate crudelis, et ideo exilio magis dignum. In defensionem suam allegauit tunc Horestes quod quicquid de matre fecerat exercuerat de voluntate et iussu deorum. Dux autem Athenarum pro parte Horestis se obtulit contra quoslibet probaturum quod Horestes regni Micenarum dominio dignus erat, et quicquid de matre fecerat deorum peregerat voluntate, contra quem dum nullus fuisset qui pro dicto bello se vellet offerre, predicti reges sollempni consensu consilio absoluerunt predictum Horestem, ab omni querela ipsum de regno patris sollempniter coronantes, qui recesserat abeis cum Athenarum duce qui affectuose associauit eundem Micenas applicauit, vbi cum multo gaudio fuit receptus. Horestes igitur in patris solio sedit diademate coronatus regni gerens animum contra suum patruum Menelaum. Sed recedente duce Athenarum ab Horeste, Rex Ydomeneus Rex Crete apud Micenas se offerens inter Menelaum et Horestem concordiam tractauit et pacem, sic quod Horestes Hermionam Regis filiam Menelai et Helene duxit vxorem suam vbi consobrinam, festiuitate nuptiarum inter eos solempniter celebrata. Egiona vero ex Clitemestra et Egisto turpi coitu suscepta, ex quo nouit Horestem uterinum fratrem suum in regni solio confirmatum, nimio dolore commota laqueo se suspendit. Non vero post multos dies Vlixes cum duabus nauibus negociatorum quas pro se conduxerat Cretam venit.

Laqueo se suspendit Egiona filia Clitemestre eo quod fuit ex damnato coitu nata per Egistum.

suas ei naves amisit et quicquid habuerat
ablatum sibi extitit a manibus pi
ratarum. Et eo potius quia in manum gentis Thela
monii Ajacis incidit que cepit eum et
quecumque penes ipsum invenit abstulit et
ipsum furca suspendere intendebat. Et Uli
xes industria sensus sui evasit a la
queo gentis illius pauper tamen et egenus et
penes se nichil habens. Licet ei sic evasisset
e manibus gentis Ajacis dum securus crederet se
ab infortuniis evasisse incidit subse
quenter in manibus Regis Naulii qui propter
Palamidis filii sui mortem capitali
odio persequebatur Ulixem. Ulixes igitur
sagacitatis magna fuit sed qualiter a ma
nibus Regis Naulii evasit presens hystoria
non declarat nisi quod Ulixes expeditus tandem
ad Ydomeneum Regem pauper et inops ac
cessit. Rex autem Ydomeneus de tanta
Ulixis paupertate miratus nichilominus yla
riter eum suscepit, et casus suos et sue in
felicitatis accidencia explorat ab ipso
et petit ea sibi seriatim et particulariter enar
rari. Ad que Ulixes gratanter admittens
ut Regis peticionem impleret suorum eventuum
fata revolvens in sui narracione sermonis
ea que superius dixi per ordinem explicavit. De
quibus sic dixit: Verum est domine Rex quod

post capcionem Troie cum captivis ego per in
felicibus magna fui cum navibus meis et
militibus onustis diviciis et opibus Troianorum
in multa auri et argenti copia et multorum in si
mulacrorum contrario pelago me commisi et me
per plures dies contigit navigare in quendam portum
qui nominatur Nicomacum(?) primo salvus applicui
cum ubi cum meis pro recreacione descendi et
ibi tutus per dies aliquos moram traxi cum
nullus michi et meis molestiam intulisset.
Deinde a predicto portu discessi et aura michi
blandiente fui in portu qui dicitur Callistofiges
salue pueri. Ubi sibi cum meis per dies aliquos
sum moratus. Cumque fallaces venti in tempus
prosperum suaderent a predicto portu discessi et
fere per tres dies prosperum subsequentem feliciter
navigavi tunc subito tempestuosi ventorum in
valuit et aer de sereno repente est factus obscu
rus que me metam navigacionis nunc huc
et nunc illuc sub nimia tempestatis clade ve
xavit. Demum tempestas ipsa me compulit
in Siciliam divertere nimis invitum. Ubi ve
xaciones passus sum plurimas et labores.
Erant enim in Sicilia duos reges fratres quorum
unus vocabatur Sigonem alius vero Cido
pam. Hii autem duo Reges invenerunt in me
et in meos inde tres naves meas diviciis
tritis plenas exposuerunt per violenciam

De nimio infortunio Ulixis ex nimio periculis et nimia paupertate ipsius propter infortunium

Narracio Ulixis de suo infortunio ad suasionem Regis Ydomenei.

Duo Reges fuerunt per destructionem Ulixis et gentis sue quorum unus vocabatur Sigones alius vocabatur Ciclofam.

eas prede et quicquid inuenerunt in eis exportauerunt
aliis et in eorum multitudine militum armatorum
et eo citius quod superuenerunt eorum duo filii
milites valde strenui et nimium bellicosi quorum
unus vocabatur Alfenor alius Polifemus. hii ir-
ruerunt in milites meos qui centum inter-
fecerunt ex eis ceperunt me et Alphenorem
unum ex sociis meis et me et eum in quodam
castro in carcerem deduxerunt. Et hic Po-
lifemus habebat quandam sororem virginem
nimium speciosam quam postquam vidit Alphenor
in concupiscencia eius exarsit et eius illaqueatus amore
factus est velut amens. Postea rex graciose me cap-
tum in Sicilia detinuit Polifemus sed de-
mum mitius est mecum et me cum Alphenore
liberauit qui Polifemus mihi postmodum multa
commoda contulit et honores. Sed Alphenor
circa sui amoris vehemenciam incitatum
operam suam dedit quod sororem Polifemi quam
diligebat noctis tempore a secretario patris an-
parte? et ipsam secum adduxit. quod ut peruenit
ad suorum noticiam sunt contristati fuerunt valde
propter quod iterum idem Polifemus in me et meos eadem
nocte ad arma prorupit cum magna militum com-
itiua et forti impetu contra meos sunt recuperauerunt
ipsius Polifemi sororem. Et Polifemus demum
in me irruit et demum alter insisteret me tuen-
dum sibi ex oculis eius auulsi et cum omnibus sociis

meis qui mihi superfuerant in naues fugiens me
recepi et cum eis a Sicilia eadem nocte discessi
Deinde recta nauigacione portus in Eolidem
insulam me ventus applicuit compulsus in illa. In
hac igitur insula erant due puelle sorores
nimis speciose ipsius insule domine que in arte
nigromancie et exorcizacionibus docte nimium
habebant. Quoscunque igitur nauigantes in
hanc insulam fortuna trahebat predicte soro-
res non tamen earum pulchritudine sed earum ma-
gicis incantacionibus sic tenaciter capiebant
quod nulla spes erat intrantibus in insula posse
recedere omnium aliarum curarum oblitis. Adeo quod si
quem eorum inueniebant ad earum mandatum re-
bellem statim eum in bestiam transformabant.
Harum igitur una illa que magis in hac sciencia docta
erat. Circes suo nomine dicebatur et alia nomine
Calipsa. In potestatem igitur duarum harum me
fortuna deduxit quarum una videlicet
Circe meo quoque amore bachata suas in-
miscuit pociones et suarum incantacionum
insidiis sic fatue me allexit et per annum
unum integrum non fuit mihi alia recedendi
facultas. infra quem annum Circe grauida
facta est concepit ex me filium qui postea
natus ex ea extitit et factus est vir nimium
bellicosus. Ego autem circa propositum recessus
mei curam adhibui. Sed Circe irata plurimum

Due fuerunt sorores videlicet Circes et alia Calipsa in arte incantacionum nimie instructissime scilicet nigromancie.

Nota de Circe magna que per artem suam incantacionum Ulixem voluit retinere in suum propter amorem.

ſtens ſuis magicis artib9 me cõdidit deti
nẽ. S3 ego qui de arte illa uide ſimilit'
cinc inſtructus cõiis opacõib9 oĩa fig
menta deſtrũi q penit' anullaui. Et
q3 ſic ars deludit' arte cõiis cõmenſ
q artib9 incantũ ꝑualuerit efficac'
artes mee q cũ omib9 ſocijs meis q
tũc mecũ erant a Circe nimiũ anxioſa
receſſi. S3 qd m ꝑfuit ille receſſus Nam
committete me mari uent' me appulit
in trãm Regie Calipſe q ſuis artib9
ſic me illaqueauit q meos q maio
ri tpẽ q uoluerim me detinuit penes
ſe morã tñ ipã m tũc nõ fuit nimiũ
tedioſa ꝓpt' ipĩus Regine pulcritudinẽ
in qua miro modo uigebat ꝓpt' aſſiect'
placidos quos penes ipãm inueni que
placẽt m q meis plimũ eſt conata. Tan
dem ꝑ mei ſenſus induſtriã factũ eſt.
q ab ipa ſalue receſſi cũ maria mei ꝑe
na laboris cũ arter ſuas artes mee
nix reffellere potuiſſet. Deinde nauti
gãdo cũ eis ꝑueni ad quãdã aliã in
ſulã in qua qdã ſicut oraculũ habebat'
qd diuine ꝯceſſiõe potẽcie cũ querẽt re
ſponſa petentib9 exhibebat. Ad hoc ora
culo inita pac curioſus, in q̃ue abeo
affectuoſe q̃ſiui qd nã deniũs ꝯtingẽt

No de oraculo q qd querit Ulixes ab ipo et qd querit optinuit

nãb9 poſtq̃ a mis corporib9 fuit egſſe. de
oib9 igi' te ꝑme q̃ſiuis abeo c'tum reſpon
ſum obtinui ꝑt' q̃ de mãr articlo de quo
abeo nllm reſponſum c'tum potui obtinẽ.
Cu3 igi' ab ipo oraclo diſceſſiſſem iterum
cõdidi ꝑflante ſpa uent' me ꝯpulit ꝑtra
ſire ꝑ quedã loca ꝑiclis multis plenum
ꝑueni ad illud mare in quo ſyrene que
ſunt maxima monſtra marina i ipius mãr'
pelago ſpaciant' ſunt eĩ ab umbilico ſupi
forme feminee uirgineũ uultũ hntes
Ab umbilico uõ citra, omĩe3 formã piſciũ
obſuant. Hec aũt mirabiles uoces mi
rabili ſonoritate reuoluũt, in tantũ
q ita dulci modulamĩe cantilene q ce
leſtem putares excedẽ i ſonis muſicis
armoniã adeo q nuſi nauigãtes cũ ad
eas ꝑueniũt tanta eax cãtus dulcedine
capiũt' q eox nauĩ uella deponũt remos
reponũt i altũ a nauigacõe penit' abſtinẽ
tes, ſic eĩ aĩos nuſi eox ille cant' inebriat
q nuſi audientes oĩm aliax curax grauia
mib9 exuunt' qui tantũ eox ipax dul
cedo demulcẽ audit' q qĩ ſui ipi pẽ' ſus
obliti nec cibum appetunt neq3 a bi͂ dñ eox
aĩs qdã ſopor illabit' ꝑ quẽ efficiunt' penit'
dormientes, qs dũ Syrene dormire ꝑſenciũt
naues eox gubnatox regimine deſtitutas

No de Syrenis et cantu earum ac forma

- ſtitutã -

statim eiusdem naufragio subiacuit sicque
navigantes meis dormiendo in felici naufragio
submerguntur. In has igitur syrenas incidi que
socios meos inotuerent sibi soporis ceterorum
meis artibus mei et meorum auditu sic tenaciter
obturavi, quod de earum cantu, ego et socij mei
nichil penitus audientes, ipsas debellavimus
et plusquam mille ex eis interfecimus. sic quod sal
vi earum loca transivimus ab earum periculis liberati.
Deinde navigando in felix casus inter sillam
nos perappulit et caribdim, et cum quindecim
stadiarum eorum ingluviosa pericula pretendantur
ab ipsa maris ingluvie plusquam medietas
mearum navium fuit absorta, propter quod socij mei
navigantes meis ingluvie ipsius maris nau
fragio perierunt. Ego autem cum alia medieta
te navium mearum ab ipsius ingluvie ma
ris avulsus, phenicam navigando perveni.
Ibi in nei mirabilis gentis tyrannidem, que in
me et meos irruens maiorem partem eorum gla
dio interemit, paucis relictis ex eis, bona
omnia, que tunc mecum habebam in navibus
abstulerunt a me, homines gentis ipsius ceperunt
me et quosque superfuerunt ex meis mecum dimis cum
carceribus inclusiunt, tandem volentibus dijs li
beraverunt me et illos quos mecum inclusant
nichil michi de rebus meis restitutis aliis,
quare in summa paupertate deductus circuivi
mundum et demum intravi istam applicui terre

paupertate egens ut vides. Ecce namque tibi omnes
casus meos postquam a troia recessi et in paup
tate qua sum quasi sum deductus. Et sic
ulixes suis narrationibus finem fecit. Rex
vero ydomeneus auditis verbis ulixis
ratione sue nobilitatis et eius industrie val
de compassus est sibi. Et ideo quantum placuit
ulixi mecum morari in istius rex habunda
cia. Rex honoravit eundem, demum cum ulixi
placuit a curia recedere. Rex donavit ulixi
duas naves necessarijs bene munitas
cum quibus possit in Regnum suum comode na
vigare donavit etiam ei dona plurima argenti
et auri que sibi possent habunde sufficere donec
ad propria perveniret. In recessu tamen suo rogavit
eundem ut ad Regem Athenorem se conferret
qui eum videre plurimum affectabat. Ulixes
igitur a Rege ydumeneo obtenta recedendi
licencia naves ascendit et ad Regem Althe
norem se contulit qui eum in vultu ylari cum
multa iocunditate recepit. Cum multum fuit
ulixis multa facundia quamvia industria
sensus eius. Ibi autem ulixes certos rumores
didicit de uxore sua penolope tot infestis
percibus ut eius pudicicia ab ea illesa servata
si non dequbuldam alijs qui invaserat terram
suam, que eam tenuie detinebat contra eius volun
tatem uxoris, quibus thelemacus filius eius cogito
patris adventu accessit ad eum quoniam

De uxore ulixis
nomine penolope.

tumores quos pater didicerat etiam sibi asserere
firmavit. Ulixes regem rogavit Altenorem
ut eum in regnum suum associare deberet in suorum
militum comitiva. Quod Althenor libenter annuens
cum suis militibus associavit eundem, qui eis felici
navigatione potitis in tantum peruenit Uli
xes quod de nocte in suam applicuit civitatem

Interficit Ulixes de nocte in mando in terram [?] proditores [?] inimicos.

et depositis in terra militibus de nocte suorum pro
ditorum domos invadit, ubi ipsos inveniens
dormientes omnes interficit, ita quod nullus
evasit ex eis. Adveniente vero die in sua
fulgoris lucida claritate in suum palacium
cum Rege Altenore se recepit, qui ibi cum Re
ge ipso in multa iocunditate receptus est. O
quantum facta est ylaris Penolope in aspectu
sui domini, quem tanto tempore videre curia preop
tavit. Concurrunt igitur cives regem eorum tantis
temporibus expectatum cum multo gaudio videre
festinant, multa sibi offerunt xenia magnis
muneribus. Exaltatus est Ulixes in regno suo
et in tantum cum Rege Althenore tractavit quod
Thelamacus Nausicam filiam Regis Altheno
ris duxit uxorem. Celebrantur igitur nuptie
Thelamaci in multorum solempnitatibus gaudiorum.
Et Rex Althenor feliciter suum remeavit in
Regnum. Ulixes vero in certo statu Regni sui
demum sub nimia pacis tranquillitate quievit.

Liber XXXIII de processibus Pirri feliciter ac de
mum de morte ipsius.

Quamvis vero hucusque de Pirro Achillis filio
postquam a Troia recessit presens ystoria nichil
dixit, nunc ad narrationem eius eventus dirigitur stil
lus eius. Pirrus enim ex parte patris sui habuit re
gem Peleum avum suum, cum ex predicto Peleo et

Peleus avus Pirri et Tetida uxor dicti Pelei

Tetidem eius uxore susceptus fuisset Achilles
pater eiusdem Pirri, quem Achilles susceperat
ex Diadamia Regis filia Licomedis, et sic
habuerat Pirrus duos avos, Regem Peleum

Pirrus habuit annos duos reges, scilicet regem Peleum ex parte patris et regem Licomedem ex parte matris

ex parte patris et Regem Licomedem ex parte
nobilis matris sue. Qui Licomedes filius
Regis Acasti fuit patruus dicti Pirri adhuc
viventis, licet esset in senio constitutus. Hic Aca

Rex Acastus fuit patruus Pirri qui inimicus Pirrum odio habebat

stus habebat odio Pirrum, quam omnis de genere
patris eius, causam autem eius odii presens ystoria non
describit. Rex igitur Acastus Pirri patruus
expulit Regem Peleum avum Pirri a Regno
Thesalie, sic quod ipsum Acastus celare oportuit
et pro interficiendo Pirro suas posuerat insi
dias, ne evaderet manus eius. Pirrus vero postquam
a Troia recessit et maris se subiecit insidiis
multa maris pericula passus est, maiore parte
eorum quas secum detulerat periit in mari, et quibus
eius navibus conquassatis Molosum applicuit, et
naves suas proprias tempestate conquassatas
necessaria fecit reffectione fulciri. Ibi quod didicit
qualiter Rex Acastus patruus eius Regem Peleum
avum suum a Thesalia Regno deiecerat et
qualiter contra Pirrum fuerunt insidias machinati